UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Historiae Ecclesiasticae Pars ...

HISTORIAE EC||CLESIASTICAE PARS || PRIMA, QVA CONTI-||NENTVR || Eusebij cognomento Pamphili Cæsareæ Palæ-||stinæ Episcopi lib. 10.|| Eiusdem de vita Constantini magni lib. 4.|| Oratio Constantini magni ad sanctoru[m] cœtu[m].|| Oratio eiusdem Eusebij in laudem Constanti-||ni magni ad trigesimum ...

Christopherson, John

[Köln], 1569

Ioannes Marius Bagnaia de sancto sepulchro, Italus, In laudem interpretis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29861

Visual Library

Ioannes Marius Bagnaia de ſancto ſepulchro, Italus, In laudem interpretis.

Nunc tandem Euſebium non duces Roma pudori,
 Ciuibus aſcriptum connumerare tuis.
Qualis adhuc fuerit noſti, perſtringere quenquam
 Religio nobis tempus in omne fuit.
Hoc tamen inuidia mihi concedente tenebo,
 Corruptum & mutulum mille fuiſſe locis:
Chriſtophorſonus vetera exemplaria iungens,
 Innumeras fermè ſuſtulit inde notas.
Quid memorem impreſſo quæ Græco in codiee deerant,
 Omnia quæ mira reddidit ille fide?
Si quid apud manes mortali corpore nudos
 Viuentum pietas officiumque valet:
Credibile eſt ipſum ſua iam reparata videntem
 Syderea lætum ducere in æde choros.
Cæleſtumque gregi teſtantem gaudia tanti
 Muneris, hæc lepido dicere verba ſono,
Fœlicis patriæ ciues iam Græcia veſtra,
 Iam Latium tuto ſplendida facta leget.
Virgineoq; vtero Ieſum diuinitus ortum,
 Vt nos ſeruaret non dubitaſſe mori.
Et vos authoris non ægrè exempla ſecutos,
 Veſtra illum interpide cæde probaſſe Deum.
Traductamque patrum dubio diſcrimine vitam,
 Et varium in noſtra religione malum.
Cætera quæ nuper ſqualore obducta iacebant,
 Siue hominum culpa prodita ſiue die.
At te ne pigeat lector cognoſcere, quàm ſit
 Præclaro alterius dulce labore frui.